UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

32. Quomodo ipse Gregorius Turonenis adhuc puer, liberatus sit à febre per S. Illidium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52445

Visual Library

Gregorius Epiſcopus Turonenſ. in vita S. Illidij Aruernenſis Epiſcopi, in lib de vita Patrum cap. 2. habetur in Tomis Lauren. Surij 7. Iulij. Quomodo ipſe Gregorius Turonenſis adhuc puer, liberatus ſit a febre per S. Illidium.

CAP. XXXII.

TEmpore, quo Gallus Epiſcopus Auernam regebat Eccleſiam, horum ſcriptor in adoleſcentia degens, grauiter ęgrotabat: & hic ab eo plerũq; dilectione vnica viſitabatur, eo quod patruus eius eſſet. Erat autem valetudo cum nimia ſtomachi pituita, ac febre valida. Intereà aduenit paruulo deſiderium, & credo inſpirante Deo, vt ad beati Illidij baſilicam deportaretur, illatuſq́ue manus puerorum, ad eius tumulum fuſa oratione cũ lachrymis, leuiorem ſe ſenſit eſſe, quàm venerat. Sed reuerſus domum, iterum à febre corripitur. Quadam verò die cùm grauius agere cœpiſſet, eumq́ue febris aſperior ſolito aggrauaret, & vtrum euaderet, admodũ dubitaretur, accedens genetrix eius, ait ad eum: Mœſtum hodie, dulcis nate, ſum habitura diem, cùm te talis deficeat febris. Cui ille, Nihil, inquit, prorſus, obſecro, contriſteris, ſed ad ſepulchrum me remitte beati Illidij Pontificis: credo enim firmiter fore, vt virtus eius & tibi lætitiam, & mihi tribuat ſoſpitatem. Tũc ſancti deportatus ad tumulũ, orationem fundit, ſpondens proſtratus ſponte, ſi eum antiſti-

S. Greg. Tur. adhuc puer liberatur à febre per S. Illidium.

tis ſui virtus ab hoc contagio liberaret, cleri-
cum ſe futurum: nec prorſus moraretur, ſi de-
precatio obtineret effectum. Hæc effatus, ſen-
ſit protinus diſcedere febrẽ: vocatoq; puero,
domum ſe reportari depoſcit. Cumque in ac-
cubitu, vbi tunc ſui epulabantur, fuiſſet il-
tus, erumpente è naribus ſanguinis copia, fe-
bris ſimul cruorque defluxit. Quod meri
beati confeſſoris præſtitum, habetur pro-
tum. Sed & nuper venerandi Comitis ſeru
cùm in diuturna cęcitate reſideret, celebra
vigilijs, ſanus abſceſsit.

*D. Ioannes Chryſoſtomus in ſermone de ve-
ratione catenarum, & gladij principis A-
ſtolorum Petri Habetur Tomo 4. Calen.
Iulij Laurent. Surij, ex Simeone Me-
phraſte.*

CAP. XXXIII.

Nota quæ hic tribuat S. Petro Chryſoſt.

PEtrus Apoſtolorum firmamentum, di-
cratus cœlorum magiſter, arcanorum in-
terpres, nutantium confirmator, lapſos
erigens, firmos conſeruans, pœnitentia du-
ardentiſsimus: Petrus denique magnum ill-
orbis terrarum miraculum, Eccleſiæ iactat-
diſcipulorum decus, & eorum, qui rectè ſen-
tiunt, ornamentum, Theologorum pulchri-
do, CHriſti os, mens cœleſtis, Trinitatis p-
riſsimum tabernaculum, lapſorum reconcili-
ator, honeſtè viuentium ductor, rectè curren-
tium propugnator, omni cœleſti & huma-
laude, omni præconio digniſsimus. Cui

v-